Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25879
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nihil nisi tantum primum corpus & pallium quo
uestebantur. Hauriebant ut quotiens natura compel
lebat herbis que in deserto nascebantur. Igitur re
gula primum sibi nouitiis quisque exigebat ta
lemque habebant immutabile legem ignorare
alium quem alio operari certamina eo quod iordanis
non derelinquentes seorsum longe abiuicem disse
dentes acuitate habitationis habebant per deser
tum. nullusque alii adiungebatur. Si forsitan u
nus ex alium longe adire uehementem aspicerat
uestigio discedens postram tuentis uiam ada
uam se declinabat partem. & ita solitariam age
bant uitam. semper psallendo. & deo gratias agen
do. opportunum gustabant cibum. Sic enim omnes
dies complentes iejunii. reuocabant admonas
terium dominicae. die precedente ebdomada resur
rectionis domini & saluatoris nostri. quo die festa pal
marum sancta celebrare consueuit ecclesia. referens
unusquisque ex primi laboris fructu suae uidelicet
conscientiae cognoscendo se ipsum qualiter
operatus sit qualiter ue seminauerit fructus.
Nulli autem erat licitum interrogandi proximum suum
quomodo uel qualiter presente exercuerit laborem
quia huiusmodi regula tradita fuerat quo unusquisque
ex habitando deserto. dominum certaminis
sui cursum demonstrarent. a nullo clarificari
homine desiderantes. nulla querentes transi
toriam uel uanam gloriam. aut humanum fauo
rem sed spiritualiter operando. carnalia autem atque
terrena contemnendo celestia operabant.
Iam demonstrato hominum infructuosa opera
& damnosa semper acquirere. Tunc Zosimas iuxta
consuetam regulam monasterii pransuitur
iordanem. paruumque cibum secum deuehit ad sus
tentationem corporis. & pannum quo induebatur.
Et quidem regula adimplebat pransendo he
remum. quando tempus his refectionis erat
necessarium per naturam corporis. sopore ut intra
paruum iacens faciebat modicum gustando
somnum. ubi eum finis diei occupabat atque iterum
diluculo iter suum faciebat incessabiliter aug
mentando cursum habens desiderium pransi
re heremum. sperans aliquem reperire patrem
in deserto. qui eum potuisset edificare iuxta
eius desiderium. Currebat igitur securus oratio
nis ei permissum fuerat festinanterque cur
rebat. Viginti igitur dierum per agens iter. & fac
ta hora quasi sexta paululum se abstinens la
bore abstinuit. eleuatisque oculis ad orientem
consuetam sibi celebrabat orationem. Solitus
enim erat statuta diei tempora. i. tertia. sexta.
nona. abstinere se a suo tuentis cursu orato
nis causa. eleuansque oculos ad supna. & respice
ns addexterata uidit unquodam loco stare quasi
umbraculum humani corporis. Stupefactus ac
turbatus ualde existimabat fantasma esse quod
uiderat. & signaculum sibi redemptionis sue
exercens faciens. ac completa oratione uidit quo
dam in parte ambulantem meridiana. nudo
nigroque corpore. incendio solis exusta. capilli
capitis eius ut lana candida. atque paruus usque ad
collum corporis descendentes. Dum hoc uideret
Zosimas admiratus repletusque gaudio magno.
cepit currere adeandem partem quam uidebat.
Iam & illa quae Zosimam uidebat ineffabili ex
utrauit letitia. quo uiderat quod multis annis
spatio minime respexerat humanae naturae
speciem. nec alicuius animalis uel uolucris fi
guram. Miratur igitur hosimas quis uel qualis
esset quem uiderat existimans quod magnum
uideret personam. Dum enim ille uidebat de
longe adsit appropinquantem cepit concito gra
du fugere in interiora deserti. Zosimas autem
contemptiens senectutis debilitatem fastidium
quinteris. concito cum gradu sequebatur. &
illa magis amplius fugam petebat. Erat autem
hosime cursus uelocior. & paulatim appropinqua
bat fugienti. paumus autem ei facens. ita ut & ia
uox eius posset audiri. cepit hosimas uociferari.
talem emittens uocem cum lacrimis. Sed quid me
fugis hominem senem & peccatorem seruum di
uinum. Sustine me quicumque sis. conuiuum te domi
peur amore hanc habitas heremum. ut recipias
me debilem atque indignum senem. conuiuo
te pullum adquem habes panis tantis laboribus
bonam spem. & eternam retributionem collo
quere mecum dulcedinis ac suauitatis uerba.
& noli me derelinquere sine mutua colloqui
one. Hec Zosima cum lacrimis rogante uenerunt
utrique currentes inquendam locum. quod
locus ita uidebatur quasi aliquando torrens
excurrerit. Posito autem loci illius sicut uidebatur
conuiuentem cum adpinomnatum locum. pre
dens illa que fugiebat ante faciem Zosime des
cendit. & rursus paulum partem loci illius qui qua
si torrens uidebatur ascendit. Zosimas uero numi
num fatigatus minime potuit cursum facere sed
magis astans extrema parte loci augens suis
lacrimis lacrimas. & suis fletibus fletus.
rogabat edificationis sibi impendi sermone. Mo
ra illa que prius fugam petebat talem emisit uocem.
Abba hosima quid me persequeris. Ignosce michi
pedem te peccatrix minime possum conuertere fa
ciem adte eo quod mulier sum nuda sed pallium quod